



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

258. Christus peædicat fructum exaltationis suæ in Cruce.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

III. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. *Ioan. 11. v. 51. & 52.*

IV. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum. *Ioan. 11. v. 53.*

MEDITATIO CCLVIII.

*Christus predicat fructum exaltationis
sue in Cruce.*

I. **E**GO si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat, significans, quàm morte esset moriturus. *Ioan. 12. v. 32. & 33.*

II. Respondit ei turba: Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis? *Ioan. 12. v. 34.*

III. Dixit ergo eis IESUS: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit, quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Hæc locutus est

D. N. IESU CHRISTI. 241

est Iesus, & abiit, & abscondit se ab eis.
Ioan. 12. v. 35. & 36.

MEDITATIO CCLIX.

Christus Passionem suam predicens increpatur à Petro: sed hic à Domino Satanas appellatur.

I. **C**oepit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertiâ die resurgere. *Matth. 16. v. 21.* Et palàm verbum loquebatur. *Marc. 8. v. 32.*

II. Et assumens eum Petrus, coepit increpare illum, dicens: Absit à te, Domine: non erit tibi hoc. *Matth. 16. v. 22. Marc. 8. v. 32.*

III. Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: *Marc. 8. v. 33.* Vade post me, Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum. *Matth. 16. v. 23. Marc. 8. v. 33.*

MEDITATIO CCLX.

Moyse & Elias in Transfiguratione Christi loquuntur de ejus Passione.

L

L. Ecce